

## EKSAMEN I LAT2408 Romersk fiksjonsprosa VÅR 2015

Oppgaven består av 2 sider.

Fredag 29. juni (4 timer)      **Ingen hjelpemidler**

Alle spørsmål skal besvares

### Oppgave 1:

a. Oversett fra Senecas *Apocolocyntosis* 7:

Tum Hercules "audi me" inquit "tu desine fatuari. Venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi verum, ne tibi alogias excutiam." Et quo terribilior esset, tragicus fit et ait:

"Exprome propere, sede qua genitus cluas,  
hoc ne peremptus stipite ad terram accidas:  
haec clava reges saepe mactavit feros.  
Quid nunc profatu vocis incerto sonas?  
Quae patria, quae gens mobile eduxit caput?  
Edissere. Equidem regna tergemini petens  
longinqua regis, unde ab Hesperio mari  
Inachiam ad urbem nobile aduexi pecus,  
uidi duobus imminens fluuiis iugum,  
quod Phoebus ortu semper obuerso videt,  
ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit  
Ararque, dubitans quo suos cursus agat,  
tacitus quietis adluit ripas uadis.  
Estne illa tellus spiritus altrix tui? "



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

- b. Hvordan er Senecas syn på Claudius; hvordan fremstilles han i *Apocolocyntosis*?

### Oppgave 2:

- a. Oversett fra Petronius' *Cena Trimalchionis* 46:

"Videris mihi, Agamemnon, dicere: "Quid iste argutat molestus?" Quia tu, qui potes loquere, non loquis. Non es nostrae fasciae, et ideo pauperorum verba derides. Scimus te prae litteras fatuum esse. Quid ergo est? Aliqua die te persuadeam, ut ad villam venias et videas casulas nostras? Inveniemus quod manducemus, pullum, ova: belle erit, etiam si omnia hoc anno tempestas disparpallavit: Inveniemus ergo unde saturi fiamus. Et iam tibi discipulus crescit cicaro meus. Iam quattuor partes dicit; si vixerit, habebis ad latus servulum. Nam quicquid illi vacat, caput de tabula non tollit. Ingeniosus est et bono filo, etiam si in aves morbosus est. Ego illi iam tres cardeles occidi, et dixi quia mustella comedit. Invenit tamen alias nenias, et libentissime pingit. Ceterum iam Graeculis calcem impingit et Latinas coepit non male appetere, etiam si magister eius sibi placens fit nec uno loco consistit [...]

- b. Hva kjennetegner språket i *Cena Trimalchionis*? Illustrér med eksempler fra utdraget ovenfor.